



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Dei Præsentia**

**Le Gaudier, Antoine**

**Coloniæ Agrippinæ, 1622**

Cap. V. Ad concipiendam melius Dei præsentiam Deus factus est homo, & se nobis in Eucharistia reliquit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50583](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50583)



## CAPVT V.

*Ad concipiendam melius Dei  
præsentiam Deus factus est  
homo, & se nobis in  
Eucharistia re-  
liquit.*



**H**ic certè inter alias  
non fuit hæc mi-  
nima causa. cur  
Dei filius, Deus ip-  
se immensus; homo fieri vo-  
luerit, & inter homines fa-  
miliariter versari, vt sensi-  
bilium obiectorum tantum  
capaces hominū oculi & sen-  
sus, per externam hominis  
speciē diuinā præsentia faci-  
lius in intellectū transmittē-  
rēt, Deū ipsum in homine se-

sibili-



sibiliter agnoscerent, & hominem verum Christum Iesum imaginando, ipsum etiam Deum verum similiter imaginatione conciperent.

Pari etiam modo Christus Dominus sese in sanctissimo sacramento suae Ecclesiae reliquit tot in locis praesentem corporaliter, quamvis sub specierum velo, ut per hanc praesentiae eius corporalis fide erudiamur, & assuecamus Deum ipsum in omnibus rebus etiam vilissimis praesentem apprehendere. Nam quamvis quaedam difficultas in credendo hoc mysterio esse videatur, tamen hac fide, quae tot tamque evidentibus stabilita est testimonijs, bene constituta, ineffa-



bili quodam modo in fidelium  
omnium animis roboratur,  
vnius & veri immensiq; Dei  
fides; adeo vt tam ipse Christi  
Domini aduentus, quam di-  
uinum hoc sacramentum sin-  
gulari quodam modo mundum  
illustret, ad Dei presentiam in  
omnibus rebus agnoscendam.  
Qua etiam de causa Christus  
ipse missum se esse dixerat, vt  
& patrem clarificaret, & nomen  
eius hominibus manifestaret.  
Nec omittendum se nobis  
Christum sub speciebus pa-  
nis & vini reliquisse, vt quem-  
admodum alimentum in sub-  
stantiam nostram diffunditur  
& permisceatur, intimeque fit  
nobis presens; ita etiam ipse  
intimam diuinæ maiestatis,  
quæ



quæ verus est hominis cibus, præsentiam in nobis significaret. Et verò maximo prorsusque singulari nulli quæ; id ætatis alteri concessio beneficio Deus se cum famulo suo Moyse agere olim testabatur, quod ore ad os ei loqueretur, cum tamen non nisi per sequestrum Angelum id ageret; at in lege Evangelica, in qua revelata sunt nobis diuina mysteria, Deusque per Christum clarius in cordibus nostris illuxit, ipsemet visendum se præbuit, & cum hominibus conuersatus est, Verbum enim caro factum, & collyrium oculis nostris fecit, & lucem illam, fulgorẽque diuinitatis inaccessibleem humanitate assum-



pta velut nube obductum tēperatumque imbecillitati nostræ accommodauit, ac per Eucharistiam verè habitauit in nobis, vnde factum est vt viderimus, aut (vt Græcum vocabulum significat) apertè & palam contēplati fuerimus gloriam eius; nec iam à præsentia Dei procellis fulguri- busque deterreamur, vt antiqui illi Israëlitæ, sed in suavissimo eius aspectu ac cōsuetudine iucundissima acquiescimus, & vt ait apud Cassianum abbas Moses, suspiret actiōis se à summo bono anima nostra sentiat recessisse, quotiens se ab illo intuitu deprehenderit separatam: fornicationem iudicans, vel momē-

Col. I.

taneum



taneum à Christi contempla-  
tione discessum.

Quare postquam apparuit  
iam benignitas, & humanitas  
saluatoris nostri Dei, nouus  
hic modus nobis suppetit fa-  
cillimè Deum in Christo no-  
bis repræsentandi, etiam cor-  
poraliter; ita vt siue in cœlo  
gloriosè regnātem, vnde nos  
continuò verissimè intuetur,  
& gubernat influxu suorum  
meritorum per operationes  
gratiæ & iustitiæ, contem-  
plemur; aut ne fortè mentis no-  
strę oculos in cœlos vsque in-  
tendentes cum Psalmista cō-  
queramur: *defecerunt oculi  
mei suspicientes in excelsum.*  
in sacratissima Eucharistia  
tanquam in throno inter nos



residentem, & eodem officio  
fungentem; siue prout olim  
inter homines cōuersantem;  
vel in cruce ipsa fixū intuea-  
mur, & alloquamur familia-  
riter.

## CAPVT VI.

*Non satis est vt perfectè Deo si-  
mus præsentes eius præsenti-  
am intellectu concipere, ni-  
si etiam nos illi uniamus.*



**E** T in eo quidem  
consistit præsen-  
tia Dei in nobis,  
& nostra vicif-  
sim præsentia co-  
ram Deo; verum si nihil  
vtrique præterea vel inesset,  
vel adueniret, tantū certè no-  
bis